Alfonso IX de León concede a Fernando Muñoz, por los servicios prestados, la iglesia de San Martín de Oleiros con su feligresía, derechos y pertenencias

1213
enero, 8. Santiago

Letra gótica cursiva.

In nomine Domini, amen. Notum sit omnibus de regno meo tam presentibus quam futuris quod ego / Alfonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, do et, hereditario iure, concedo uobis domno Fernando Muniz et uoci uestre / illam ecclesiam de Sancto Martino de Oleiriis cum sua felegresia et cum omnibus suis directuris et pertinenciis, exitibus, / montibus et regressibus, pratis, pascuis et cum quanto ibidem ad prestitum hominis esse uidetur intus et foris. Hanc / igitur hereditatem uobis domne Fernando Muniz do uobis et hereditario iure concedo pro bono et grato seruicio quod mihi semper / fecistis et facitis ut eam habeatis in perpetuum et libere possideatis sicut ea que melius habetis et liberius possidetis. / Si quis igitur contra hoc meum uoluntarium factum uenire presumpserit et hanc meam donationis cartam modo aliquo / infringere attemptauerit, iram Dei omnipotentis habeat et regiam indignationem incurrat, et quod inuaserit duplo / componat, et insuper mille morabetinos exsoluat, carta nichilominus in suo semper robore permanente. Facta karta in Sancto / Iacobo, VIII die ianuarii, Era L CC LI. Ego Adefonsus, Dei gratia Legionis rex, hanc kartam quam fieri / iussi roboro et confirmo. Ego infans domnus Fernandus, regis Legionis filius confirmo.

(Col. 1ª) Petro, IIII Compostellano archiepiscopo. / Alfonso, Auriense episcopo. / Suerio, Tudense episcopo. / Roderico, Lucense episcopo. / Pelagio, Minduniense episcopo.

(Col. 2ª) Domnus Petrus Fernandi, Legionem et Asturias. Domnus Aluarus, regis maiordomus. / Domnus Fernandus Aluari, regis signifer. / Domnus Johannes Fernandi, Transtamar et Montem Rosum. / Domnus Fernandus Guterre, Limiam et Timonium.

(León rampante, y en la línea inferior) Martinus Muniz de mandato Gunsalui Pelagii notuit.

In Nomine dni amen. Notu sit omibus de Regno meo tam presentibus qua futuris qd Ego
alfonsus dei gra Rex Legion et Gallec do et hereditario iure cocedo uob dona Fern muniz et uoci ure
illam ecclam de sco mameto de olerus cu sua felegresia et cu omibus suis directuris et prestanciis exitib
montibus et regressibus pratis pascuis. et cu quanto ibide ad prestitu hominis esse uidetur intus et forus. hac
igitur hereditate uob dona Fern muniz do uob et hereditario iure cocedo pro bono et grato seruicio qd m sep
fecistis et facitis. ut ea habeatis in perpetuu et libere possideatis sicut ea que meli habetis et liberius possidetis
Siquis igitur contra hoc meum uoluntarium factu uenire presumpserit. et hanc meam donationis carta in aliquo
infringere attemptauerit. iram dei omnipotentis habeat et Regia indignationem incurrat. et qd inuaserit duplo
componat. et insup mille morab exsoluat. carta nichilominus in suo semp robore permanente. Facta carta in sco
Jacobo xiiij. die Janrij. Era. M. cc. L. j. Ego. A. dei gra Legion Rex hac kartam qua fieri
iussi roboro et confirmo. Ego Infans donus Fern Regis legion filius conf.

Petrus iiij. Compostellan archiepo
alfonso auriens epo
Suero tuden epo
Rodicus Lucen epo
pet mindun epo

Donus petrus fern legion et astoric.
Don aluarus Regis maiordomus.
Don fern aluar Regis signifer
Don Joh fernandi castellan et monte rosum.
Donus fern gutter limia et tomonii.

Martinus muniz de mandato Gunsalui pet nt

Lámina 44

Don Garcia, abad de San Salvador de Leire, confirma a los colonos de Ororbia el fuero que habían tenido hasta la época de Pedro Martínez de Sarasa

1219 mayo

Madrid, AHN, Clero, Leire, carpeta 1406, n. 17.
Letra minúscula diplomática.

Ad noticiam cunctorum perueniat quod ego Garsias, Dei gratia abbas Sancti Saluatoris Leie- / -rensis, et totus conuentus ipsius loci, facimus hanc cartam donationis et confirmationis / uobis totis collaciis nostris de Ororiuia presentibus et futuris in perpetuum. Habito siquidem con- / -silio cum honestis personis atque discretis, forum quod usque ad tempora Petri Martinez de Sarassa, cui / sit requies, habuistis, sicut per antiquorum experienciam probauimus, uobis et posteris uestris concedimus, et presenti pa- / -gina communimus, videlicet, ut quindecim kaficia tritici annuatim et opilarinçada pro debita petta nobis / et successoribus nostris persoluatis, et ueniatis singuli ad laborem nostrum semel in ebdomada, sicut hactenus con- / -sueuistis. Solarigos uero eodem modo semel in mense laborent, inmunes semper ab ipsa opilarin- /- cada. Cetera autem que ad ius nostrum spectant et dominium in omnibus retinemus, tam in personis quam in / villa et caloniis, et ecclesiam cum uniuersis que ad illam pertinent, et ce nam abbatis annuatim ex ipsa uilla. Haec / enim omnia supra scripta ideo uobis damus et concedimus ut de cetero erga nos et monasterium nostrum fide- / -les semper sitis ac deuoti. Actum est hoc sub era M^{a} CC^{a} L^{a}. VIIa mense mayo. Reg- / -nante rege Sancio in Nauarra, episcopo Guillelmo in Pampillona.

Garsias dictus abbas confirmat et (signo) signat. Petrus prior confirmat pro se et pro toto / capitulo et (signo) signat. Rumeus, sacrista, confirmat et (signo) signat. Lupus hele- / -mosinarius confirmat et (signo) signat. Fortunius de Gazolaz, prior de Larassoayn / confirmat et (signo) signat. Martinus infirmarius confirmat et (signo) signat. Johannes / prior infans confirmat et (signo) signat. Garsias de Stella scripsit et (signo) signaui. A B-C D-E F-G (en el borde y partidas).

Ad noticiā cunctoꝝ ꝑueniat qđ Ego Garsias dei gr̄a abbas sc̄i Saluatoris leio
rensis. ⁊ tot' cōuent' ipsi' loci facim' hāc cartā donationis ⁊ confirmationis
uob' uris collaciis nr̄is de Ororuia p̄sentib' ⁊ futuris in ꝑpetuū. Habito siqđem con
silio cū honestis ꝑsonis atq; discretis. forū qđ usq; ad t̄pa pet' martinez de Sarassa cir
ca reges habuistis. sic ꝑ antiquā experienciā ꝓbauim'. uob' ⁊ posteris uris cōcedim'. ⁊ p̄senti pa
gina cōfirmam'. Scilicet ut quindecī kaficia trit. annuatī ex opilariçada p albra pecta nob'
⁊ successorib' nr̄is p̄soluatis. ⁊ ueniatis singli ad laborē nr̄m semel ī ebdā sic hacten' con
sueuistis. Solarigos uero eodē modo semel in mēse laborēt. īmunes semꝑ ab ipsa opilarim
çada. Cetera autē que ad ius nr̄m spectant ⁊ dnīum ī omnib' retinem'. tam ī ꝑsonis quam in
villa. ⁊ calonys. ⁊ eccliā cū uniuersis que ad illā ꝑtinēt. ⁊ cenā abbis annuatī ex ipsa uilla. Hec
enī omia sup' scripta ideo uob' dam' ⁊ cōcedim'. ut de cetō erga nos ⁊ monastiū nr̄m fide
les semꝑ sitis ac deuoti. Actū est hoc sub era. M. CC. Lª. VII. Mense Mayo. Reg
nante Rege Sancio in Nauarra. Epō Builto ī pampillona.
Garsias dict' abbas confirmat ⁊ ✝ signat. Petr' prior confirmat p se ⁊ p toto
capto ⁊ P signat. Rumeus sacrista confirmat ⁊ signat. Lup' ehele
mosinari' confirmat ⁊ signat. Fortuni' de gazolaz prior de la rassoayn.
cōfirmat ⁊ signat. Martin' infirmari' cōfirmat ⁊ signat. Iohs
prior infans confirmat ⁊ signat. Garsias de stella scripsit ⁊ signauit.

Lámina 45

Fernando III confirma al monasterio de Sahagún un privilegio concedido por su abuelo el rey Alfonso VIII en virtud del cual nadie del reino podrá hacer uso de la «pignoración» en todo lo relativo a hacienda, aprovisionamiento, personal, etc. de dicho monasterio

1231
octubre, 22

Madrid AHN. Sahagún, carp. 913, n. 19
Letra minuscula diplomática

Ferrandus, Dei gratia, rex Castelle et Toleti, Legionis et Gallecie, quia inueni simile priuilegium datum monasterio Sancti / Facundi a serenissimo auo meo rege Aldefonso, felicis memorie, mando omnibus hominibus regni mei hanc cartam / uidentibus, et firmiter prohibeo quod nullus pignorare audeat monacos Sancti Facundi nec homines suos nec col- / -lacios nec aliquas res ad idem monasterium uel ad collacios siue homines monacorum eiusdem monasterii per- / -tinentes pro aliquibus querelis quas de hominibus uille Sancti Facundi habuerit pro debitis siue pro quibus / libet aliis. Mando insuper et firmiter prohibeo quod nullus in toto regno meo audeat pignorare boues / siue bestias que portauerint panem aut uinum aut quascumque res alias ad usum ipsius monasterii; / prohibeo etiam quod nemo in regno meo pignorare audeat boues de labore ipsius monasterii nec uas- / -sallorum siue hominum suorum nec etiam pro aliqua re siue pro aliqua querela pignora extrahere a cauto monasterii / Sancti Facundi nec ipsum cautum modo aliquo frangere. Si quis uero contra hoc meum preceptum fecerit, / iram Dei et mei incurrat et regie parti mille aureos in cauto pectabit et insuper cautum / illud quod continetur in priuilegio aui mei et meo persoluet et dampnum super hoc monasterio illatus / restituat duplicatum. Facta carta apud Vallemoletum XXII° die Octobris, Era M^{a} CC^{a} LX^{a} nona.

FERRANDUS Dei gratia Rex Castelle et Toleti, Legionis et Gallecie. Quia inueni simile priuilegium datum Monasterio Sancti
Facundi a Serenissimo auo meo Rege Aldefonso felicis memorie. Mando omnibus hominibus Regni mei hanc cartam
uidentibus et firmiter prohibeo quod nullus pignorare audeat monacos Sancti Facundi. nec homines suos. nec col
lacios. nec aliquas res ad idem Monasterium uel ad collacios siue homines Monacorum eiusdem Monasterii per
tinentes. pro aliquibus querelis quas de hominibus ville Sancti Facundi habuit pro debitis siue pro quibus
libet aliis. Mando insuper et firmiter prohibeo quod nullus in toto Regno meo audeat pignorare boues
siue bestias que portauerint panem aut uinum aut quascumque res alias ad usum ipsius Monasterii.
Prohibeo etiam quod nemo in Regno meo pignorare audeat boues de labore ipsius Monasterii. nec uas
sallorum siue hominum suorum nec etiam pro aliqua re siue pro aliqua querela pignora extrahere a cauto monasterii
Sancti Facundi. nec ipsum cautum modo aliquo frangere. Si quis uero contra hoc meum preceptum fecerit
iram Dei et meam incurret. et Regie parti mille aureos in cauto pectabit. et insuper cautum
illud quod continetur in priuilegio aui mei et meo persoluet. et dampnum super hoc monasterio illatum
restituat duplicatum. Facta carta apud Vallisoletum. XXII die Octobris. Era M. CC. LX. Nona.

Lámina 46

Bula del papa Gregorio IX mediante la cual renueva al monasterio de San Gall (Suiza) el privilegio concedido por sus antecesores los PP. Juan e Inocencio II confirmando la autonomía y libertades otorgadas anteriormente por la Santa Sede a través del provisor Burchardo

1234
mayo, 5. Letran

Suiza. St Gall. Arch. Capitular, A.4 B.3.
Letra minúscula cancilleresca

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Conrado, abbati monasterii Sancti Galli eiusque successoribus, regulariter substituendis, in perpetuum. / Licet omnibus fidelibus debitores ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio existamus, illius tamen propensiori cura nos decet adesse et ecclesiis sibi comissis suam / iustitiam conservare, quos constat ad sedem apostolicam specialiter pertinere. Hoc nimirum intuitu, dilecte in Domino filii Conrado, tuis petitionibus clementer annuimus, et / monasterium Sancti Galli, cui Deo auctore presides, ad exemplar bone memorie Iohannis et Innocentii secundi, predecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, presentis scripti privi- / -legio communimus; statuentes ut, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste ac canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum / largitione regum uel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata perma- / -neant. Adicentes etiam ut libertates quas per priuilegia predecessorum nostrorum quondam Burchardus, provisor ipsius loci, a Sede Apostolica impetrauit tibi tuisque successo- / -ribus inuiolata seruentur ut uidelicet nulla ecclesiastica secularisue potestas seu cuiuslibet conditionis aut ordinis contra uoluntatem abbatis et fratrum idem / monasterium intrare presumat, nec in quibuslibet titulis, ecclesiis, decimis, patrimoniis seu quibuslibet possessionibus ad eumdem locum uenerabilem pertinentibus, indebitas / exactiones aut consuetudines imponere audeat, nec quolibet argumenti ingenio in prefato monasterio diuinum presumat officium interdicere; sed potius, sicut ab an- / -tiquo et usque ad hec tempora idem monasterium in sua libertate permansit, ita sub Apostolice Sedis tuitione in perpetuum perseueret. Sancimus preterea, ut decime / ac possessiones, quas ad ipsum monasterium legitime reuocari contigerit, perpetuis ibidem temporibus inuiolauiliter conseruentur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum / liceat prefatum monasterium temere, perturbare, aut eius possessiones auferre,uel ablatas retinere,minuere, seu quibuslibet uexationibus fatigare; sed omnia integra conser- / -uentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva Sedis Apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica / secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere uenire temptaverit secundo tertioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione corre- / -xerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque sed diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini / redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini / nostri Ihesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen, amen, amen.

(Rueda: Leyenda) Fac mecum, Domine, signum in bonum. (Interior:) Sanctus Petrus, Sanctus Paulus, Gregorius Papa VIII.Ego Gregorius catholice ecclesie episcopus subscripsi. (monograma en que se lee:) Bene Valete.

(Col.1ª) (cruz marginal) Ego Thomas tituli sancte Sabine presbiter cardinalis subscripsi.- / Ego Iohannes tituli sancte Praxedis presbiter cardinalis subscripsi.- / Ego Guifredus tituli sancti Marci presbiter cardinali subscripsi.- / Ego Sigenbaldus tituli sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis subscripsi.- / Ego Stephanus sancte Marie trans Tiberim tituli Calixti presbiter cardinalis subscripsi.

(Col.2ª) (Cruz marginal) Ego Jacobus Tusculanus episcopus subscripsi.- / Ego Jacobus Prenestinus electus subscripsi.

(Col.3ª) (Cruz marginal) Ego Rainerius sancte Marie in Cosmidin diaconus cardinalis subscripsi.- / Ego Romanus sancti Angeli diaconus cardinalis subscripsi.- / Ego Rainaldus sancti Eustachii diaconus cardinalis subscripsi.- / Ego Oto sancti Nicholai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis subscripsi.

Datum Laterani, per manum magistri Bartholomei, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, III nonas maii, inditione VII, incarnationis dominice anno M° CCXXXIIII°, pontificatus vero donni Gregorii Papa VIIII, anno octavo

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI. DILECTIS FILIIS CONRADO ABBATI MONASTERII SANCTI GALLI EIUSQUE SUCCESSORIBUS REGULARITER SUBSTITUENDIS IN PERPETUUM.

Licet omnibus fidelibus debitores ex iniuncto nobis a deo apostolatus officio existamus. illis tamen propensiori cura nos decet adesse. et ecclesiis sibi commissis iustitiam conservare. que constat ad sedem apostolicam specialiter pertinere. Hoc intuitu inducti dilecte in domino fili. C. tuis petitionibus clementer annuimus. Monasterium sancti Galli cui deo auctore preside(s) ad exemplar bone memorie Johannis et Innocentii secundi predecessorum nostrorum Romanorum Pontificum presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum largitione Regum vel Principum oblatione fidelium. seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci. firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Adicientes etiam ut libertates quas per privilegia predecessorum nostrorum quondam Burchardus provisor eiusdem loci a sede apostolica impetravit tibi tuisque successoribus inviolata serventur. ut videlicet nulla ecclesiastica secularisve potestas seu cuiuslibet conditionis aut ordinis contra voluntatem abbatis et fratrum monasterium intrare presumat. nec in quolibet titulo. ecclesiis decimis patrimoniis seu quibuslibet possessionibus ad eundem locum venerabilem pertinentibus indebitas exactiones aut consuetudines imponere audeat. nec quolibet argumenti ingenio in prefato monasterio divinum presumat officium interdicere. Sed potius sicut antiquo et usque ad hec tempora idem monasterium in sua libertate permansit. ita sub apostolice sedis tuitione in perpetuum perseveret. Sancimus preterea ut ... ac possessiones que ad ipsum monasterium legitime revocari contigerit perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conserventur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur. eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit. secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit. potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini Redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi. quatinus et hic fructum bone actionis percipiant. et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. AMEN. A. M. E. N.

SANCTUS PETRUS. SANCTUS PAULUS. GREGORIUS PP. VIIII.

BENEVALETE

Ego Gregorius catholice ecclesie episcopus.

Ego Thomas tt. sancte Sabine presbiter cardinalis.
Ego Johannes tt. sancte Praxedis presbiter cardinalis.
Ego ... presbiter cardinalis.
Ego ... tt. sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis.
Ego ... sancte Marie trans Tiberim tt. Calixti presbiter cardinalis.

Ego Jacobus Tusculanus episcopus.
Ego Jacobus Prenestinus electus.

Ego Rainerius sancte Marie in Cosmidyn diaconus cardinalis.
Ego R. sancti Angeli diaconus cardinalis.
Ego Rainaldus sancti Eustachii diaconus ...
Ego Otto sancti Nicholai in carcere tulliano diaconus cardinalis.

Dat. Lateran. per manum magistri Bartholomei sancte Romane ecclesie vicecancellarii. iiii. Non. Maii. Indictione vii. Incarnationis dominice Anno M. CC. XXXIIII. Pontificatus vero domni GREGORII pape VIIII. Anno ...

Lámina 47

Jaime I de Aragón dona al abad Berengario y al monasterio de Escarpio el lugar de Coratxa, en el término de Morella

1235
mayo, 2. Zaragoza

Madrid, AHN. Benifazá, Clero, carp. 419, n. 11, orig.
Letra gótica cursiva.

Manifestum sit omnibus quod nos Jacobus, Dei gratia, rex Aragonum et regni Maioricarum, comes / Barchinone et Urgelli et dominus Montis Pessulani, cum presenti carta per nos et succesores nostros, damus, / concedimus et laudamus per propiam (1) hereditatem liberam et francam uobis dilectis nostris fratri / Berengario abbati totique conuentuy de Escarpio presentibus et futuris locum qui dicitur Caratxa / in termino Morelle, ita quod predictum locum habeatis perpetuo et posideantis (sic) ac expletetis / francum et liberum, cum terminis et pertinenciis suis cum pratis, pascuis, erbis, aquis / et lignis et cum omnibus que pertinent et pertinere debent ad illum locum, ad dandum venden- / -dum, inpignorandum et alienandum, et ad omnes uestras voluntates perpetuo façiendas / mandantes vicariis baiulis, et nostris subditis vniuersis presentibus et futuris quod hanc / donaçionem nostram firmam habeant et obseruent et façiant firmiter obseruari et non / contraveniant in aliquo, si confidant de nostri gratia uel amore. Datum apud Cesaraugustam / VI nonas madii, anno Domini millesimo CC° XXX° quinto.

(1) Va tachado «perpetuam».

Lámina 48

Estefanía y su marido Guillermo venden a Berengario Cerdá y a su mujer un «casal» (azeña-molino) situado en la parroquia de San Juan del Valle, término de Rocabruna (Tarragona)

1201
diciembre 23

Sit notum cunctis quod ego Estephania et uir meus Guillelmus de Timor per nos et omnes nostros, uenditores sumus tibi / Berengario Cerda uxorique tue Narbone et uestris omni tempore, omne nostrum directum integriter de uno casale de mo- / -lendinis qui est in territorio Tarrachone in termino et in parochia Sancti Iohannis de Ualibus in termino de Rocha Bruna, / terminatur al oriente in pexera Petri Berengarii, ab occidente et a circii in uobis emptoribus et in exaguador de molendinis / Iohannis de Tapioles. Sicut terminatur et assignatur sic uobis et uestris inde omni tempore totum nostrum directum / uendimus sicut melius dici uel intelligi potest ad uestrum uestrorumque saluamentum cum ingressibus et regressibus / suis et cum rego et aqua et cum pexera et cum glebis et cum omnibus suis pertinenciis et tenedonibus et utilita- / -tibus et melioramentis ibi futuris totum ab integro sine omni diminutione et retentu, et de nostro iure / et dominio in uestrum uestrorumque tradimus dominium et potestatem totum nostrum directum per uestram emptionem ad omnia / quicquid inde uel ibi facere uolueritis sine omni nostro nostrorumque retentu et uinculo, saluo tamen iure domino- / -rum et fidelitate ecclesie Terrachone et archiepiscopi. Accepimus a uobis per precium placibile huius uenditionis / XX solidos denariorum Barchinonensium bone monete curribilis ualentinis marcham argenti XLIIII solidos, de quibus / ad presens bene sumus pacati ad nostram uolumtatem, et est certum quod inde apud uos nichil remansit, / et si amplius ualet totum habeatis per nostram donationem. Si quis hoc fregerit in duplo componat et / postea semper firmiter maneat. Actum est hoc X kalendas ianuarii anno Domini XCCI. Sig(signo)num Estefa- /- nie. Sig(signo)num Guillelmi de Timor qui hoc laudamus, firmamus, firmarique rogamus et conuenimus istam / uenditionem facere bonam et firmam omni tempore sicut predicitur contra cunctos et cunctas preter potestatem / terre. Sig(signo)num Raimundi de Lauro. Sig(signo)num Arnaldi Caboti Sig(signo)num Gili. Sig(signo)num Iohannis de Tapio -/- les. Sig(signo)num Ermengaudi Berengarii qui hoc precepto Petri de Osca scripsit, die et anno quo supra.

Manifestum sit omnibus quod nos Jacobus dei gratia Rex Aragonum et Regni Maioricarum comes
Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani per hanc presentem cartam per nos et successores nostros damus
concedimus et laudamus propriam hereditatem liberam et francam uobis dilectis nostris fratri
... abbati et toti conuentui de Escarpio presentibus et futuris locum qui dicitur ...
in ... monte ... quod predictum locum habeatis imperpetuum et possideatis ac expletetis
franchum et liberum cum terminis et pertinentiis suis cum pratis pascuis herbis aquis
et lignis et cum omnibus pertinentiis et prout melius debet ad utilitatem loci ad dandum uendendum
... inpignorandum et alienandum et ad omnes uestras uoluntates perpetuo faciendas.
Mandantes uicariis baiulis et uniuersis subditis nostris presentibus et futuris quod hanc
donationem nostram firmam habeant et obseruent et faciant firmiter obseruari et non
contra ueniant aliquo modo si confidunt de nostra gratia et amore. Datum apud Cesaraugustam
... anno domini M CC XX quinto

Sit notum cunctis. quod ego Estephania et uir meus Guillelmus de Ermor per nos et nostros uenditores sumus et
... cerda uxorique eius Narbone et nostris omni tempore. de nostrum directum in quod est de uno casale de mo
lendinis. quod est in terminio Terrachone in termino in parrochia sancti Johannis de uallibus in termino de rocha bruna
terminatur a borea in pexera per ... ab oriente et accidente in ... et in exaguador de molendis
Johannis de capiolles. Sic terminatur et assignatur sic uobis et uestris inde omni tempore totum nostrum directum
uendimus sicut melius dici uel intelligi potest ad uestrum uestrorumque saluamentum. cum ingressibus et regressibus
suis. et cum rego. et aqua et cum pexera et cum glebis et cum omnibus suis pertinentiis et tenedonibus et melhora
cionibus et inhoramentis ibi factis totum ab integro sine omni diminutione et retentu. Et de nostro iure
et dominio in uestrum uestrorumque tradimus dominium et potestatem totum nostrum directum per nostram ... ad omnes
... inde ut ibi facere uolueritis sine omni nostro nostrorumque retentu et uincto. saluo tamen iure domini
... ecclesie Terrachone et archiepiscopi. Accepimus autem per precium placabile huius uenditionis
... sol. ... bone monete currentis ... marcham argenti. xl. iiii. sol. de quibus
ad plenum bene sumus pacati ad nostram uoluntatem. et totum quod inde apud nos nichil remansit
Et si amplius ualet totum habeatis per nostram donationem. Siquis hoc fregerit in duplo componat et
postea semper firmum maneat. Actum est hoc. x. kalendas Januarii. Anno domini M. CC. I. Signum + n Estefa
nie. Signum + n Guillelmi de Ermor. qui hoc laudamus firmamus firmarique rogamus. et conuenimus istam
uenditionem facere bonam et firmam omni tempore sic predictum est contra cunctos tenentes per potestatem
... Signum + n Raimundi de lauro. Signum + n arnaldi cabon. Signum + n Guillelmi. Signum + n Johannis de capio
les. S... Signum ... qui hoc scripsit ... de osca scripsit die et anno quo supra.

Lámina 49

Página de un códice

Escritura gótica elegante. Miniaturas.

Ordo ad consignandum pueros. / Dominus uobiscum. Et cum. (al margen derecho: «stando»). Omnipotens / sempiterne /Deus qui rege- / -negare dig- / -natus es hunc / famulum tu- / -um. N. ex aqua et Spiritu Sanc- / -to, quique dedisti et remissionem omnium peccatorum, emicte in eum / septiformen Spiritum tuum Sanctum / Paraclitum de celis. Spiritum sapien- / -cie et intellectus. Amen. Spi- / -ritum consilii (sic) et fortitudinis.

(En las líneas 7, 8 y 9 sobrepuestas a las ues respectivas se leen las letras «os» para convertir en plural las palabras correspondientes).

Lámina 50

Página de un códice

Escritura gótica de tipo británico.

Hic est ordo secundum quem rex debet coronari / pariter et inungi. In primis preparetur / pulpitum aliquantulum eminens / inter magnum altare et chorum ecclesie / Beati Petri Westmonasteriensis uidelicet contiguum ex omni parte quatuor columpnis prin- / -cipalioribus infra crucem ecclesie preliba- / -te. Ad cuius quidem pulpiti ascensum fiant gradus de / medio chori a parte occidentali per quos princeps coronandus / in aduentu suo transiens per chori medium dictum pulpitum / possit ascendere, ac etiam fiant alii gradus a parte orientali / per quos princeps prefatus descendere possit uersus maius / altare ibidem ante gradus dicti altaris sacrosancte unccionis ac sue coronacionis solempnia a metropolitano siue episcopo / ipsum consecraturo debita cum deuocione acepturus. In medio uero dicti pulpiti erit preparatus thronus excelsus ut in eo princeps residens clare ab omnibus possit intueri. Ungere.






Lámina 51

«Comentario de Sto. Tomás de Aquino al libro IV de las Sentencias de Petro Lombardo»

Gante, Bibl. Universitaria, cód. 117. fol. 1r.
Ms. del s. XIII-XIV (a. 1290- 1305) en letra «parisiense».

(Col. 1ª) Misit uerbum suum et sanauit / eos et eripuit eos de interi- / -tionibus eorum. Ex peccato pri- / -mi hominis humanum genus / incurrerat scilicet mortem et in- / -firmitatem mortem, propter separationem a uite / principio, de quo in psalmo dicitur: apud te est fons / uite et qui separatur ab hoc principio de neccesita- / -te moritur; et hoc factum est per primum hominem; vnde / dicitur Romanos V: per vnum hominem peccatum in mundum / intrauit et per peccatum mors. Infirmitatem / vero propter destitutionem gratie que est hominis sani / tas, que petitur Ieremias XIIII: sana me domine et / sanabor, et ideo in psalmo dicitur: miserere mei domine / quoniam infirmus sunt (sic), sane (sic) me domine. Ad hoc autem / remedium sufficiens haberi non poterat, nisi ex uerbo / Dei qui est fons sapientie in excelsis Ecclesiasticus I, / et per consequens, uite quia sapientia uitam tribuit pos / sessori Ecclesiastes VII; vnde dicitur Ioannes V: sicut pater / suscitat mortuos et uiuificat, sic et / filius quos uult uiuificat. Ipsum est etiam uerbum / Dei quo omnia portantur, Hebreos I: portans omnia / uerbo uirtutis sue et ideo est efficax ad infir- / -mitatem tollendam; vnde in psalmo dicitur: uerbo domini ce- / -li firmati sunt, et Sapiencia XVI: neque herba, neque malagma sanauit eos, sed sermo tuus domine qui sanat omnia; sed quia uiuus est sermo / Dei et efficax et penetrabilior omni gladio an- / -cipite ut dicitur, Hebreos V necessarium fuit ad hoc quod medicina tam uiolenta proficeret, quod ei car- / -nis nostre infirmitas adiungeretur ut nobis / magis congrueret, Hebreos III debuit per omnia / fratribus assimilari ut misericors fieret et propter hoc / uerbum caro factum est et habitauit in nobis, Ioannes I; sed / quia haec medicina tante est efficacie ut omnes / sanare possit, uirtus enim exibat de illo / et sanabat omnes ut dicitur Lucas VI Ideo ab hac / uniuersali medicina et prima alie particulares / medicine procedunt uniuersali medicine / conformes quibus mediantibus uirtus / uniuersalis medicine proueniat ad infirmos. Et haec / sunt sacramenta in quibus sub tegumento re- / -rum uisibilium, diuina uirtus secrecius opera / tur salutem, ut Augustinus dicit. Sic ergo in uerbis proposi- / -tis tria tanguntur, scilicet: confectio medicine, et sana- / -tio ab infirmitate, et liberatio a morte / confectio medicine tangatur in hoc quod dicit: / Misit uerbum suum, quod quidem referendum est / et ad uerbi incarnationem quod dicitur eo misum

(Col. 2ª) quod caro factum est, Galatas IIII: misit Deus filium / suum factum ex muliere, et ad sacramentorum in / stitutionem in quibus accedit uerbum ad elementum et fit sacramentum ut fit sit conformitas / sacramenti ad uerbum incarnatum. Sanctificatur enim / creatura sensibilis per uerbum Dei et orationem, Iª Thimotheum IIII, / sanatio autem ab infirmitate peccati et reliqui- / -arum eius, tangitur in hoc quod dicitur et sanauit eos / que quidem sanatio per sacramenta fit; unde / ipsa sunt unguenta sanitatis que Christus / quasi unguentarius confecit, Ecclesiastici = XVIII; unde et in psalmo dicitur: qui propiciatur omnibus iniqui- / -tatibus tuis, quantum ad peccata qui sanat / omnes infirmitates tuas, quantum ad peccatum / reliquias. Liberatio autem a morte tangitur in / hoc quod dicitur: et eripuit eos de intericionibus / eorum, et quia interitus in mortem uiolentam / sonare uidetur. Ideo congrue ad penalem / mortem referri potest, quia ratio pene est ut contra / uoluntatem sit, sicut ratio culpe ut sit uo- / -luntaria et ideo culpa ad infirmitatem redu- / -citur, pena ad mortem, quia uia ad penam est / culpa, sicut infirmitas ad mortem. Non solum autem separatio anime a corpore mors dici potest, sed / etiam omnes presentis uite penalitates, et ideo pluraliter / interitiones nominantur, sicut dicitur II Corinthios XI, in mortibus frecuenter. A morte ergo corruptiones / nature eriperet uerbum incarnatum per resurectio / nem quia in Christo omnis uiuificabuntur, i Corinthios XV, Ysaias / XXVI: uiuent interfecti mei, unde et cetera. Sed a / mortibus penalitatum per gloriam, tunc enim / absorpta erit mors per uictoriam, I Corinthios / XV, et de hiis in psalmo dicitur: qui redemit de interitu uitam tuam, quantum ad primum, qui coronat te / in misericordia, quantum ad secundum. Sic ergo ex uerbis proposi- / -tis tria possumus accipere circa hunc quartum / librum qui pre manibus habetur, scilicet: materiam, quia in / eo agitur de sacramentis, et resurrectione et gloria resur- / -gentium. (signo de párrafo) / Item continuationem ad librum tercium , quia in tercio agebatur de missione uerbi in carnem In hoc autem libro de effectibus incarnati uerbi / ut quartus respondeat tercio, sicut secundus primo. Item diuisionem istius libri, diuiditur enim in partes duas: in prima determinat de sacramentis, in secunda / de resurrectione et gloria resurgentium, XLIII distinctione, ibidem; postremo de condicione resurrectionis et cetera. Prima diuiditur in / duas: in prima determinat de sacramentis in communi, in / secunda descendit ad sacramenta noue legis, / II distinctione ibidem iam ad sacramenta noue legis et cetera.



isit verbum suum et sanavit
eos et eripuit eos de interi-
tionibus eorum. Ex parte p-
mi hominis humanum genus
incurrerat scilicet mortem et in-
firmitatem. mortem: per separationem a vite
principio de quo in ps. dicitur apud te est fons
vite et qui separat ab hoc principio de necessitate
te moritur. et hec facta est per primum hominem. unde
dicitur ro. v. per unum hominem peccatum in mundum
intravit: et per peccatum mors. Infirmitatem
vero per deviationem gratie que est hominis sani-
tas. unde ieremie. xvii. Sana me domine et
sanabor. et iterum in ps. dicitur miserere mei domine
quoniam infirmus sum. sana me domine. ad hec autem
remedia nullus nisi deus potuit. unde ex verbo
dei qui est fons sapientie in excelsis. eccli. i.
et per omnis vite quia lignum vite est hiis qui pos-
sessori. eccli. vii. unde dicitur io. v. sicut pater
suscitat mortuos et vivificat sic et
filius quos vult vivificat. ipsum est verbum
dei quo omnia portantur. he. i. portans omnia
verbo virtutis sue et ideo est efficax ad infir-
mitatem tollendam. unde in ps. dicitur verbo domini ce-
li firmati sunt et sap. xvi. neque herba neque
malagma sanavit eos. sed sermo tuus
domine qui sanat omnia. sed quia vivus est sermo
dei et efficax et penetrabilior omni gladio an-
cipite ut dicitur he. v. necesse fuit ad hoc quod
medicina tam violentam perficeret: quod et car-
nis nostre infirmitas comprehenderet ut nobis
magis congrueret. hec ut debuit per omnia
fratribus assimilari ut misericors fieret et propter hoc
verbum caro factum est et habitavit in nobis. io. i. sed
quia hec medicina tante est efficacie ut omnes
sanare posset. virtus enim exibat de illo
et sanabat omnes ut dicitur luc. vi. ideo ab hoc
velut medicina et prima alie procedere
medicine. procedunt enim medicine
conformes quibus mediantibus virtus
illius medicine procedat ad infirmos. et hec
sunt sacramenta in quibus sub tegumento re-
rum visibilium divina virtus secretius opera-
tur salutem ut ait aug. sic ergo in verbo pro-
ut tamen tangitur scilicet effectus medicine et sana-
tio ab infirmitate et liberatio a morte.
effectus medicine tangitur in hoc quod dicitur
misit verbum suum. quod quidem referendum est
et ad verbi incarnationem quod dicitur ro. vi. misit

quod caro factum est. gal. iiii. misit deus filium
suum factum ex muliere: et ad sacramentorum in-
stitutionem in quibus accedit verbum ad
elementum et fit sacramentum ut sit sic conforta-
tum ad verbum incarnatum. sed sicut enim ... in-
tacta ... per verbum dei et orationem. i. thi. iiii.
sanatio autem ab infirmitate peccati et reliquia-
rum eius tangitur in hoc quod dicitur et sanavit eos
quia quidem sanatio per sacramenta fit. unde
ipsa sunt unguenta sanitatis de quibus
... unguentarius conficiet. eccli. xxxviii.
unde et in ps. dicitur qui propitiatur omnibus iniqui-
tatibus tuis quantum ad peccata qui sanat
omnes infirmitates tuas quantum ad peccatorum
reliquias. liberatio autem a morte tangitur in
hoc quod dicitur. et eripuit eos de interitionibus
eorum. et quia inveniuntur in morte violenta
sonare videtur. ideo agitur ad penalem
mortem. sed ... quia sicut pena est ut contra
voluntatem sit. sicut culpe ut sit vo-
luntaria et ideo culpa ad infirmitatem redu-
citur. pena ad mortem. quia via ad penam est
culpa: sic infirmitas ad mortem. sed solu-
itur separatio anime a corpore mors dicitur penalis. sed
et omnis privatio vite penalitates et ideo plu-
raliter interitiones nominantur. sicut dicitur ii. cor. xi.
in mortibus frequenter a morte corruptiones
nature eripit verbum incarnatum per resurrectionem
quia in christo omnes vivificabuntur. i. cor. xv. osee.
xiii. ero mors tua o mors. sed a
mortibus penalitatum per gloriam. tunc enim
absorta est mors per victoriam. i. cor.
xv. et iterum in ps. dicitur qui redemit de interi-
tu vitam tuam quantum ad primum. qui coronat te
in misericordia quantum ad secundum. sic ergo ex verbis proposi-
tis tamen possumus accipere causam huius operis
libri qui prescribitur ... quia in
eo agitur de sacramentis et de resurrectione et gloria re-
generatorum ... ad libri conti-
nuationem ... agendum de materia libri sententiarum.
... in hoc volumine ...
... ideo ... sic secundus ... primo ...
... in ... per
... In prima agitur de sacramentis. In secunda
de resurrectione et gloria resurgentium. xliiii. dist. ibi.
postmodum ... dicitur prima dividitur in
duas. In prima agitur de sacramentis in communi. In
secunda descendit ad sacramenta nove legis
ii. di. ibi. iam ad sacramenta nove legis ...

Lámina 52


«De dedicatione Ecclesiae» Siglo XIII

Códice latino 13029 de la Biblioteca estatal de Mónaco de Baviera (Munchen). Contiene vidas y leyendas. Este códice fue escrito por Conrado el año 1282 en «gótica textual formada" a petición del abad Ulrico. La ornamentación de las iniciales se debe a Santiago de Vorágine. El folio que reproducimos es el 296v.

(Col. 1ª) Dedicatio ecclesie / inter alias festi- / -uitates, sollemp- / -niter celebratur. Et quoniam duplex / est ecclesia siue / templum, scilicet, materiale et spirituale, ideo de hu- / -ius templi duplicis dedicatione, hic breuiter est / agendum. Circa dedicationem autem tem- / -pli materialis, tria uidenda sunt. Primo, / quare dedicatur siue consecratur; secundo, qualiter / consecratur; tercio, per quos prophanatur. Et quia / in templo duo sunt que consecrantur, scilicet: alta- / -re et ipsum templum, ideo primo uidendum est / quare consecratur altare; secundo, quare templum. / Altare autem consecratur ad tria: primo ad / sacramentum Domini offerendum, Genesis VIII: / Edificauit Noe altare Domino, et tollens de cunc- / -tis uolucribus celi et de pecoribus mundis obtu- / -lit super altare. Hoc autem sacramentum cor- / -poris et sanguinis Christi, quod in memoriam passionis dominice immolamus, iuxta quod nobis prece- / -pit Dominus dicens: hoc facite in meam com- / -memorationem. Habemus enim triplex memori- / -ale Dominice passionis; unum in scripto, scilicet / passio Christi ymaginibus figurata. Et hoc habet / fieri quantum ad uisum. Ipsa enim crucifixi / ymago et alie ymagines, in ecclesia fiunt propter / rememorationem excitandam, deuotionem, / instructionem; quia sunt quasi libri laycorum. / Secundum in verbo, passio scilicet Christi predicata, / et hoc habet fieri quantum ad auditum. Tercium / in sacramento, scilicet passio in hoc sacramento / tam signanter expressa, in quo corpus et san- / -guis Christi ueraciter continetur, et nobis offertur; et hoc memoriale habet fieri quantum ad gus- / -tum. Si ergo affectum nostrum accendit pas- / -sio Christi descripta et amplius predicata, mul- /

(Col. 2ª) -to fortius inflammare debet, in hoc sacramen- / -to tam signanter expressa. Secundo ad / nomen Domini inuocandum, Genesis XII Edi- / -ficauit Abraham altare Domino qui apparuit / ei et inuocauit ibi nomen Domini. Hec autem / inuocatio, secundum Apostolum ad Tytum, habet fieri / aut per obsecrationes que fiunt cum admi- / -ratione pro malis remouendis, aut per orati- / -ones que fiunt pro bonis impetrandis aut per / postulationes que fiunt pro bonis cumulan- / -dis, aut per gratiarum actiones, que fiunt pro / bonis habitis conseruandis inuocatio autem / que fit super altare, proprie dicitur missa, ex eo quod / celestis, scilicet, Christus a patre mittitur, qui ipsam / hostiam consecrat, et per eundem a nobis patri / mittitur, ut pro nobis intercedat. Unde Hugo: / ipsa hostia sacra, missa uocari potest, quia / transmissa est: primo, a patre nobis per in / carnationem; secundo, a nobis patri per passio- / -nem, similiter in sacramento: primo, a patre / nobis per sanctificationem, quia nobiscum esse / incipit, postea a nobis patri per oblationem, qua / pro nobis intercedit. Et nota quod missa in tri- / -bus linguis cantatur, scilicet: greca, hebraica, et la- / -tina, ad representandum tytulum Domini- / -ce passionis, qui scriptus erat grece, hebrai- / -ce et latine. Item, ad notandum quod omnis lin- / -gua debet Deum laudare, que per hanc tripli- / -cem linguam intelligitur. Latina autem sunt: / euangelia, epystole, orationes et cantus. Greca sunt: kyrieleison, christeleison, que nouem uicibus cantantur, ut / ad societatem nouem angelorum ordinum / perueniamus. Hebraica sunt: alleluia, amen, sa- / -baoth, et osanna. Tercio ad cantandum, / Ecclesiastes, XLVIII: dedit illi contra inimi- / -cos potentiam, et stare fecit contra altare / cantores, in sono eorum fecit dulces mo- / -dulos. Et dicit modulos in plurali, quia / secundum Hugonem de Sancto Uictore, tres sunt spe- / -cies sonorum, qui faciunt tres modulos.

De dedicatione ecclesie



Dedicatio ecclesie inter alias festivitates sollempniter celebratur. Et quoniam duplex est ecclesia sive templum scilicet materiale et spirituale, ideo de huius templi duplicis dedicatione hic breviter est agendum. Circa dedicationem autem templi materialis tria videnda sunt. Primo quare dedicatur sive consecratur, secundo qualiter consecratur, tertio per quos prophanatur. Et quia in templo duo sunt que consecrantur scilicet altare et ipsum templum, ideo primo videndum est quare consecratur altare, secundo quare templum. Altare autem consecratur ad tria. Primo ad sacramentum domini offerendum. Genesis viii. Edificavit Noe altare domino et tollens de cunctis volucribus celi et de pecoribus mundis obtulit super altare. Hoc autem sacramentum corpus et sanguinis Christi quod in memoriam passionis dominice immolamus, iuxta quod nobis precepit dominus dicens: hoc facite in meam commemorationem. Habemus enim triplex memoriale dominice passionis. Unum in scripto scilicet passio Christi ymaginibus figurata. Et hoc habet fieri quantum ad visum. Ipsa enim crucifixi ymago et alie ymagines in ecclesia fiunt propter rememorationem excitandam devotionem instructionem, quia sunt quasi libri laycorum. Secundum in verbo: passio scilicet Christi predicata. Et hoc habet fieri quantum ad auditum. Tertium in sacramento scilicet passio in hoc sacramento tam signanter expressa, in quo corpus et sanguis Christi veraciter continetur et nobis offertur. Et hoc memoriale habet fieri quantum ad gustum. Si ergo affectum nostrum accendit passio Christi descripta et amplius predicata, multo fortius inflammare debet in hoc sacramento tam signanter expressa. Secundo ad nomen domini invocandum. Genesis xii. Edificavit Abraham altare domino qui apparuit ei et invocavit ibi nomen domini. Hec autem invocatio secundum apostolum ad Tytum habet fieri aut per obsecrationes que fiunt cum admiratione pro malis removendis, aut per orationes que fiunt pro bonis impetrandis, aut per postulationes que fiunt pro bonis cumulandis, aut per gratiarum actiones que fiunt pro bonis habitis conservandis. Invocatio autem que fit super altare proprie dicitur missa, ex eo quod celestis scilicet Christus a patre mittitur, qui ipsam hostiam consecrat, et per eundem a nobis patri mittitur ut pro nobis intercedat. Unde Hugo: Ipsa hostia sacra missa vocari potest, quia transmissa est: primo a patre nobis per incarnationem, secundo a nobis patri per passionem. Similiter in sacramento: primo a patre nobis per sanctificationem, quia nobiscum esse incipit; postea a nobis patri per oblationem, qua pro nobis intercedit. Et nota quod missa in tribus linguis cantatur scilicet greca, hebraica et latina, ad representandum tytulum dominice passionis, qui scriptus erat grece, hebraice et latine. Item ad notandum quod omnis lingua debet deum laudare, que per hanc triplicem linguam intelligitur. Latina autem sunt evangelia, epystole, orationes et cantus. Greca sunt kyriel. xpel., que novem vicibus cantantur, ut ad societatem novem angelorum ordinum perveniamus. Hebraica sunt alleluia, amen, sabaoth et osanna. Tertio ad cantandum. Ecclesiastes xlvii. Dedit illi contra inimicos potentiam et stare fecit contra altare cantores, in sono eorum fecit dulces modulos. Et dicit modulos in plurali, quia secundum Hugonem de sancto Victore tres sunt species sonorum, qui faciunt tres modulos.

Lámina 53

Jaime II de Aragón manda a su procurador en el reino de Valencia y a los demás oficiales del reino que no permitan a los vecinos de Burriana (Castellón) imponer gravámenes contra lo establecido en el fuero de Valencia, al hospital de San Vicente de Valencia, dependiente del monasterio de Poblet

1293
junio, 3. Barcelona

Madrid, AHN, Clero, Poblet, carp. 2325, n. 10 (Col. sellos)
Gótica aragonesa.

Iacobus Dei gratia rex Aragonum, Sicilie, Maioricarum et Valencie ac comes Barchinone. Dilecto suo procuratori regni Valencie et fidelibus suis uniuersis aliis / officialibus eiusdem regni, salutem et dilectionem. Cum nos confirmauerimus uenerabili abbati et conuentui monasterii Populeti domum seu hospi- / -tale Sancti Vincencii Valentie cum adiacenciis et pertinenciis suis, mandamus et dicimus uobis quot homines Castilionis Campi de Burri- / -ana et aliorum locorum dicte domus seu hospitalis Sancti Vincencii contra foros Valencie non grauetis seu indebite molestetis nec gra- / -uari per aliquos permittatis. Immo ipsis hominibus forum Valentie obseruetis manutenendo et deffendendo eosdem et bona sua / in iure ipsis facientibus de se querelantibus iusticie conplementum. Datum Barchinone III° nonas iunii, anno Domini , millesimo ducentesimo nonagesimo tercio.

Jacobus dei gratia Rex Aragonum Sicilie Maiorice et Valencie ac Comes Barchinone. Dilecto suo procuratori Regni Valencie et fidelibus suis universis aliis
officialibus eiusdem Regni Salutem et dileccionem. Cum nos confirmaverimus venerabili Abbati et Conventui monasterii Populeti domum seu hospi
tale Sancti Vincencii Valencie cum adiacenciis et pertinenciis suis, mandamus et dicimus vobis quatenus homines Castilionis campi de Burri
ana et aliorum locorum dicte domus seu hospitalis Sancti Vincencii contra foros Valencie non gravetis seu indebite molestetis nec gra
vari per aliquos permittatis. Immo ipsis hominibus forum Valencie observetis, manutenendo et deffendendo eosdem et bona sua
in iure, ipsis facientibus de se querelantibus iusticie complementum. Datum Barchinone iii nonas Junii Anno domini Millesimo
Ducentesimo Nonagesimo Tercio.

Jaume II.

Lámina 54

Crónicas

Crónica de España (1434) BNM.
Letra gótica libraria

(Col. 1ª) Et el rey don Garçía hermano del rey don / Ramiro. Ca este rey don Ramiro tanto fue / de grant bondat e de grant mesura e tanto / amaua al hermano que lo fizo su compa- / -nero en el regno. Et fueron y presentes / don Diego arçobispo de Cantabria e seys obispos / de Dulçidio e el obispo de Vrlunçia, que ago- / -ra llaman Çamora et don Obeto, obispo de As- / -torga, et don Salomón, obispo de Orense, et don / Rodrigo, obispo de Lugo, e don Pedro, obispo de A- / -vila, e don Suero, obispo de Ouiedo, et don Gu- / -tierre, obispo de Suares, et don Ramiro Garçía / adelantados de la Tierra e Osorio Gutierres / e Rodrigo Suares merinos de la Tierra. Et / Suero Peres mayordomo del rey e Gudinno Osores e Suero Mendes adelantado de la Tie- / -rra e Men Suares merino de la Tierra. Et to- / -dos los pueblos de Espanna que y fueron et / este milagro vieron fecho por el glorioso / apostol Santiago, ouieron esto por firme / para sienpre e de ally adelante non osaron / los moros demandar tributo a los christia- / -nos de donzellas, ca muy bien los escar- / -mentaron el rey don Rodrigo e los suyos. / De commo fabla del rey don Garçía e de la re- / -yna donna Vrraca su muger e de las sus / piadosas obras.

Este rey don Garçía que aquí / deximos non cuenta / la estoria por quel yazía en no- / -mina de los reyes, mas cuenta / que quando el rey don Alfonso fue muer- / -to, padre deste rey don Ramiro, que aquel don / Garçía fincaua infante muy pequeno et que lo / tomó este rey don Ramyro e lo crió e que lo a- / -maua tanto commo sy fuese su fijo, e quan- / -do murió el rey don Alfonso tío deste rey / don Ramiro non dexó fijo heredero. Et / alçaron por rey a este don Ramiro her- / -mano deste infante don Garçía. Et por / grande amor que auía a este infante don Garçía su hermano ca lo amaua tanto commo sy fuese su fijo et más diole soltu- / -ra que anduuiese por todo et regno et toma- / -se e fiziese todas las cosas commo él mandó

(Col. 2ª) que le llamasen rey commo a él, et por ende / dize la estoria que llamauan a este rey don Ramiro a aquel su hermano rrey don Gar- / -çia, et porque confirmaua todas las cosas quel / fazía, mas de otra guisa non era el rey nin / el regno nin está en el cuento de los reyes / por rey. // De commo cuenta la estoria de la / reyna donna Urraca

La reyna donna Urraca / cuenta la / estoria e dize ansy. La muy / noble rreyna donna Urraca / muger deste rey don Ramiro onrró otrosy / la eglesia de Santiago de quantas cosas ella / pudo auer de oro e de plata e de piedras / preçiosas e de vestimentas e de cortinas / de seda; otrosy, fizo la eglesia de Sant Sal- / -uador de Ouiedo. Et de las reynas que / ouieron seso ella fue. Et fue muy buena / christiana, et este rey don Ramiro era muy / bueno a los buenos e muy brauo a los / malos et desfazia de su tierra a los ladro- / -nes e quemaua las fechizeras. // Agora / dexa aquí la estoria los buenos fechos / e muy católicos del rey don Ramiro e tor- / -na a contar de Abderramen rey de Córdoua / e de otros moros. De cómmo corrieron a Se- / -uilla vnas gentes estrannas que se fue- / -ron por miedo de Abderrame Rey de Cór / doua.

